



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

Sacerdos parochialis debet suis subditis prædicare. c. 4

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Que necessaria sunt vt sacerdos sciat

rare, nec quod facere quod patrum possit regulis obuiare. Que res a nobis digne seruari debent, si decretalium nomina statutorum, p aliquo libito licentia populi pmissa, non frangat. **Et in concilio Aurelianensi. cap. 6. d.** Parochiarum clerici a pontificibus suis necessaria sibi statuta canonice legenda percipiant: ne rei ipsi, vel populi, qui pro salute eorum decreta sunt, excuset se postmodum ignorasse.

Sacerdos parochialis debet suis subditis predicare ca. 4.

Quoniam itaque sacerdos et bona vita, et scientia lucida, accingat se ad predicationis officium: et si sibi tradita gratiam plebibus suis verbum salutis annunciet: et si et non multa polleat scientia, si tamen posse suum verbo et exemplo omnibus prodesse studeat. Unde beatus Augustinus dicit. **Exhortamur vos Domini sacerdotes paratos esse ad docendas plebes vestras.** Qui scripturas scit, predicet scripturas: qui vero nescit, hoc saltem, quod notissimum habet, plebibus dicat, ut declinent a malo et faciant bonum: inquirent pacem, et sequantur eam. Quia oculi domini super iustos, et aures eius in preces eorum. Cultus autem domini super facientes mala: ut perdat de terra memoriam eorum. ps. 33. **Aulus** ergo se excusare poterit, quod non habeat linguam, unde possit aliquem edificare. **Alexandri**, ut quemlibet errantem viderit, put potest et valet: aut arguendo, aut obsecrando, aut increpando, ab errore retrahat: et ad peragendum opus bonum hortetur.

Que a sacerdotibus sunt ius populus predicanda Cap. 5.

Que autem a sacerdotibus suis plebibus sint predicanda, et annuncianda sequentes canones denunciant. **Ex concilio Rothomagensi. Ca. 1.** In primis predicandum est omnibus generaliter, videlicet, ut credant patrem et filium et spiritum sanctum unum Deum esse omnipotentem, qui omnia fecit: et unam esse deitatem et substantiam et maiestatem in tribus personis, patris et filii et spiritus sancti. **Ibidem. cap. 2.** Item predicandum quod filius dei incarnatus est de spiritu sancto ex Maria Virgine, pro salute humani generis passus, sepultus, et tertia die resurrexit, et celum ascendit: et quando in fine mundi veniet iudicare omnes homines secundum propria opera: et impij cum diabolo in ignem eternum mittentur: iusti cum Christo in vita eterna erunt. **Matth. 25.** **Ibidem. Ca. 3.** Item predicandum quod homines in propria carne resurgent. **Ex concilio Remensi. Ca. 2.** **Iubendum est**